

IORDANVS AB VNDERVVALDEN HELVETIVS.



Iordanus apud Heluetios in pago celeberrimo
Istis parētibus natus & educatus fuit. Adolescē
uerò factus regis Galliaē castra per Italiam secutus
est. Ibi magnam rei bellicae peritiam nactus, postea
in patriam rediit, atq; apud suos in magna auctori-
tate fuit. Erat enim robusto corpore & singulari
quadam prudentia insignis. Cum itaq; anno 1499
bellum Sueuicum exortum esset, ipse pericula con-
tempnit, atq; ubiq; victor patriā ab externo hoste
cum alijs liberauit. Maxima tamen eius uirtus po-
stea in bellis Mediolanēsis declarata fuit, ubi mi-
litum ordines duxit, atq; in urbe Nauarra pro Sfor-
tianijs contra Gallum praesidiariorum dux extitit.